



1599/11. B 2187
467.
\$18081

EPITHALAMIA

FESTIVITATI HONORVM NVPTIALIVM, ORNATISSIMI, ET DOCTISSIMI VIRI, DN. FABIANI LOBVVASSERI, SS. LL. Candidati dignissimi, &c. SPONSI, Matrimonium in Civitate Francosteinensi 12. Octobris Styl. nov. contrahentis cum honestissima Matrona EVA, Ioannis Schillingij Medicinæ Doctoris, & inclyti Marchionatus MORAVIAE Physici longe peritissimi, felicis recordationis, relicta VIDVA SPONSA.

Ab

Amicis, observantiæ, necessitudinis, & affinitatis ergo concinnata.

8

10401

NISSÆ imprimebat Andreas Reinheckel,
Anno senescentis ultimi seculi
M. D. XCIX.



nicht aufgenommen

SL 1162

AMERICAN

EXHIBIT

1917

1918

1919

1920

1921

1922

1923

1924

1925

1926

1927

1928

1929

1930



4617861



CORYDON NYPTIALIS

DE ELIGENDA VXORE.

PHYLIRÆVS: CORYDON.

Ph. **P**Ascis oues Corydon: Ego curas mille reuoluo:
Cor Forſan amas? cura ſunt in amore graues.

Ph. Oedipus es Corydon: age curis conſule noſtris:

C. Vixeris in lecto cœlibe, tutus eris.

Ph. **M**e ſaxum peperiffe putas ſine carne parentem?

C. Seu caro, ſeu ſaxum es, nil niſi moeror amor.

Ph. Dij faciant pulices dormire, & frigora tecum:

C. Nocte pulex, vxor nocte, dieq; fodit.

Ph. Ruſticus es Corydon, niſi me meliora docebis:

C. Ruſticus haud ſtultum do tibi conſilium.

Ph. Quale? quid vxorem ſi ducere forte neceſſum eſt?

C. Elige prudenter: ſin male, pœna tua eſt.

Ph. Fata trahunt iuuenes in amore, trahuntq; puellas:

C. Deſipiunt, ſapiunt ſi ratione proci.

Ph. Is bene natus erit, quando bene nupſerit idem:

C. Heu amor, heu odium, ſi ſit amarus amor.

Ph. **M**alo mori decies, & ſupprimar aquore in imo:

C. Vitaq; morſq; ſuo ſœmina ſape viro eſt.

Ph. Dij prohibete nefas: hic irreparabile damnam eſt.

C. Nec quoq; conſilij pœnituiſſe licet.

Ph. Arserat hic vidua, sed virginis alter amore :

C. Res hic, atq; illic plena timoris amor.

Ph. Sape senes cernis teneras ambire puellas :

C. Tam suavi cupiunt morte perire senes.

Ph. Et iuuenis vetula male pingues prurit amores :

C. Turpis hians podex, turpis anilis amor.

Ph. Insons virginitas pariles bene iungit amantes :

C. In quo quis perijt, nolo lauare lacu.

Ph. Illis primus amor, atq; ultimus : aequus uterq; :

C. Nescio, quæ viduis nausea semper inest.

Ph. Intacta malles cum virgine ducere noctem ?

C. Non facit ad stomachum bis caro cocta meum.

Ph. Virginis & viduæ discretio parua iuuenca est :

C. Hac nisi quod primi garrula praco viri est.

Ph. Quid tamen inprimis spectari in coniuge debet ?

C. Castus amor, probitas, & sine labe pudor.

Ph. An quoq; mansuetis decet illam moribus esse ?

C. Austeras odit quisq; fugitq; procul.

Ph. Hic valet ad mores cultura domestica multum :

C. Quid ? domus exemplo si nocet ipsa suo ?

Ph. Non sit rana loquax : taciturna, affabilis esto :

C. Esto : sed vt cautè discat habere modum.

Ph. Digna q; simplicitas, humilisq; modestia laude est :

C. Est nihil elata coniuge deterius.

Sape

Ph. Sæpe in fœmineum cadit iracundia sexum.

C. Non brevis ira nocet, si modò felle cari

Ph. Hoc genus effreni interdum ceruice repugn

C. Ni tibi verba domi sunt, tibi fustis erit.

Ph. Heu durum est, vitiis vxorum fuste mederi:

C. Lignea curando est hac medicina malo.

Ph. Captat vulgus opes, onerum mediocre leuamen:

C. Ducis opes? Dominam ducis, & imperium.

Ph. Duxero mendicam: res est operosa marito:

C. Mitis at arbitrio vixerit illa tuo.

Ph. Astipulor: rebus magis, hæcquæ assueta labori est:

C. Si modò non mores induat inde nouos.

Ph. Et generis splendor iuuat: at ne iactitet istud:

C. Si sapiis, eligito conditione parem.

Ph. Fortuna & formæ dos sæpe excacat amores:

C. Sat formæ, sat opum est, sat modò mentis habet.

Ph. Et quoque, quod pulchrum est, oculis commendat amorem:

C. Ast habet insidias undique formæ suas.

Ph. Ergo ego deformi sumam cum coniuge noctem?

C. Iudicium in formam nox habet exiguum.

Ph. Ridiculus Corydon: te iudice, formæ dies est?

C. Aut pulchram, aut fœdam ducis, utrinque dolor.

Ph. Deperit hic paruam: proceram deperit ille:

C. Iudicio caci sunt in amore proci.

- Ph. Tu quid ames, si for, in ames? albamue nigramue?
- C. Altera eget medicis, altera egebit aquis.
- Ph. Grassane, vel gracilis Veneri magis apta futura est?
- C. Parcius hic, illic utere iure tuo.
- Ph. Ludet in amplexu Philyraa gracillima nostro:
- C. Et Venus in gracili corpore amara latet.
- Ph. Omen nomen habet: mihi V A E semel E v A futura est?
- C. Disijce literulas: V A E tibi, nomen habet.
- Ph. Vita Deum est blandus nuptorum, & mutuus ardor:
- C. Crux quoq, quando odio se vir, & uxor habent.
- Ph. Vita Deum, iungens animum, & concordia corpus:
- C. Quid si discordes sis, furor, ira facit?
- Ph. Et quoq, coniugium reddit cum scenore prolem:
- C. Proles matris onus, cura, dolorq, patris.
- Ph. Vxor agit curam Domini, sobolisq, domusq:
- C. Hac Dominum, hac sobolem negligit, atq, domum.
- Ph. Temperat hac omnes oris dulcedine curas:
- C. Asperat hac curas gestibus, ore, manu.
- Ph. Huic loquor, huic animum, pectusq, exentero totum:
- C. Non illi constans est, neq, tuta fides.
- Ph. Hac mihi fortunam facilis comitatur utranq:
- C. Va tibi, tempestas si sit oborta grauis.
- Ph. Omina coniugio tua sunt satis aspera nostro:
- C. Perpetuus dolor est, & mala mille thorax.

Dij perdant vatem: meliora precabere nobis:
C. Dij seruent vatem, si meliora nequit.
Ph. Omina Dij vertant: dent prospera tempora nobis:
C. Non equidem inuideo, si tibi fata dabunt.
Ph. Votum fata iuant: pereas durissime vates:
C. Mentiar: euentus est serò notata fides.

V O T V M.

Q *Væ mala, qua bona sunt hominis communia vita,*
Cuncta licet verbo dixero, CONIUGIVM:
Vita est grata Deo: coeli venerabile donum:
Est sine dilecta coniuge vita nihil.
Fata fauent: satis coalescunt pectora amantum:
A precibus fueris si tamen orsus opus.
Tolle caput FABIANE, polo tibi labitur EVA:
Quam quoties vertis, semper habebis AVE:
Vertenda voces sunt molliter: Auctor amorum:
Corcula perpetuo fœdere bina liget.
M *ens una, vnus amor, cor vnum, lectus & vnus:*
Stent circum iuncta Gratia, Iuno, Venus.
Hortus inest thalamo, pulchras pone ordine plantas:
Mercedem fructus, qui bene plantat, habet.

Valentinus Francus in Kaubitz
 & Belmsdorf. D.

ALIVD

A L I V D.

*Q*ua te causa trahit, vel qua fiducia Nissam,
 Quid petis, aut speras hinc, Fabiane, refer?
 Causam, dicis, agam: quoniam Cypris ipsa citato
 Indixit litis terminum adesse mihi.
 Sapius ante quidem conata est tendere casses
 Ad liquidas Plissa pratercuntis aquas:
 Sape Borussiae blandam sese obtulit oris:
 Sedula sed Themidos cura repressit eam,
 Argentorati voluit me flectere: frustra.
 Nunc certando igitur quid valeam experiar.
 Scilicet ista tuo residet fiducia cordi?
 Crede mihi causa victus Amore cades.
 Te contra Baldus, contra te Bartolus arma
 Accusando moram sumet uterque tuam.
 Hinc noli certare: Venus crudelius urit,
 Si quos tardantes succubuisse videt.
 Quin potius causa cedas, Dominamque sequendo
 Disce maritali subdere colla iugo.
 Longas sponte moras, ne te sententia victum
 Dicat, compensa: victor erisque tibi.
 Nam Domina miles casti potieris Amoris
 Pulcra feresque huius praemia militiae.

Nempe

*Nempe Deus quando faciet te prole parentem,
Atq; dabit vestro prospera quaq; toro.
Hoc tu si votis mecum impetrare valebis,
Dicam te causa non cecidisse tua.*

M. Ioannes VVittecoppus Scholæ
Glacienfis Rector F.

ALIVD.

QVaritur, an potior thalamus iuuenilibus annis,
Vel serò licitos præstet inire toros?
Quæstio difficilis (fateor) sed digna relatu,
Si modò sit Verbi prauia norma sacri.
Consilium certè magnorum grande virorum
Fert patrocinio, florida Vincla suo:
Maturis fœdus sociale capeffere in annis,
Ut neutram partem pœnituisse queat:
Nobile decretum, dignumq; problema notatu:
QVOD TEMPESTIVE NVBERE VELLE BONVM.
Si status officij, si correspondeat ætas
Puberibus, præsens resq; laresq; forent.
Præcipuè NV MEN (fæto connubia constant)
Diuinum precibus consuluisse decet.

B

Amicae

FORNIX IovA scit punctum, quod proficit & oblit
Prospicit, in DOMINO nubere dulcè decus.

Optima commoditas hæc est, quam Fata ministrant,

FATA DEI nutu, consilioq; valent.

MATVVS Thalamus laudabilis atq; decorus

Censetur merito : plurima causa mouens.

Maturus SOBOLE, ut cultores morte peremptus

Nymnis aterni substituisse queas.

Scilicet est res grata DEO, generiq; tuendo

Multiplicare SOLVM, multiplicare POLVM,

Maturus thalamus stimulantés reprimat æstus.

Quos tacito iuuenis corde fovere solet,

Atq; sacri in CHRISTO mysteria pandit amoris

Suauia, credentem quæ meminisse iuuat.

MATVVS thalamus commercia praua retundit

Dum sua quisq; suæ curat agenda domi.

Estq; simul laribus fundis & idoneus amplis.

Si domus aucta cadat fausta, fauente DEO.

Insuper & socia probat Adiutoria uita,

Quanta Maritalis Vis sit Amicitia.

Obijciant Alij: cito si quis iungat acerbo

Se societq; iugo, Liber is esse nequit,

Copula carnalis cura & squalore referta est,

Quis homo non calebs obuius esse solet.

Expedis

*Expediit ergo diu vitam differre iugalem,
Quam cito se tantis implicuisse malis:
Hoc responsi habeant: Libertas consona Verbo est
Nulla uagis laxans frena libidinibus
Esto Torum curis plenum sed fidus eadem
In Dominum coniunx iactat agitq; graues.
Vita hominum dolor & labor est, crux atra fatigat
Seu fueris calebs, siue iugatus homo.
Non lachrymis vacat ulla dies discrimine vita
Non status officij, non domus ulla caret,
Quisq; suum sortitur ONVS: sua cuiq; diei,
Sufficit afflictæ sortis amara lues.
Postmodò QVÆSITI stabit sententia nostri,
Quod TEMPESTINÈ NVBERE VELLE BONVM.
Talia dum pango, tenui meditatus auena,
Laudo propositum, mi FABIANE, tuum,
Quod thalami aggredieris, valedicta calibe vita
Protinus AVTVMNO fœdera certa noui.
Serior hæc cuiquam si forte videbitur esse,
Copula, dum studijs tempora longa locas?
DISTVLIT hic (soluisse licet) non prorsus OMISIT
Delicias, VIDVÆ captus amore pia.
SAT CITO, si BENE SAT: fatalia Vincla probantur
Quis nullum tempus, non mora & ulla nocet,*

Nymine qua CHRISTI fiunt & Nomine CHRISTI
Non nisi felices LVRA habitura faces.

Mira huius FATI ratio est: tu MONTE remoto

Fundamen studij REGIS in arte capis,

Post de consilio patrui Philyraa subisti

Gymnasia, Astraam per duo lustra colens.

ARGENTORATUM paucis hinc visere ab annis

Dum placuit, IVRIS Practica multa docet.

Ecce Sik siacas tandem praeceptor adoras

Nobilis in Franckstein, non sine laude, uenis.

Concilians studijsq; decus, decoriq; fauorem.

Principibus gaudes gratior esse Viris.

Qui, cum consilio pollentes, arte, statuq;

Te solum renuunt viuere velle diu,

Persuadent licitas maturo tempore tadas,

•Astet in amplexus bella Virago tuos.

Quis dubitet, talem fato contingere sortem,

Prouidi & hac nutu Fœdera facta DEI?

Quis dubitet? quis non uotiuo carmina plectro,

Coniugibus pangat gratificando Nouis?

Gratulor hinc thalamo, FABIANE fidelis amice,

Exoptans lepido gaudia mille toro.

Qui paranympheus erat primaui dexter Adamo,

Ille TVAM adducat pronubus Auctor EVAM.

Aspiresq;

Aspiretq, sacris felici Numine tadis.

Ambos omnigena prosperitate beans.

Sit thalamus felix, ANIMI quod commoda spectat

CORPORIS & uegeti, multiplicisq, REI.

Sit pariter concors, numeroq, beatus ab omni,

Copula fausta SOLO, copula fausta P O LO.

Hac precor ex animo, licet absens corpore, fido:

Vna T R I A S votis annuat alma meis.

M. PAVLVS LEMMELIVS.



A L I V D.

A*utumnus varijs maturat fructibus annum:*

Ac omnes multa fertilitate beat.

Hinc Olitor sudans decerpit ab arbore pomas

Et qua praterea dona benigna parit.

Hinc multus sterili non fruge elusus Arator

Discendit flavis horrea plena comis.

Vinitor hinc uvas pedibus nimis exprimit udis,

Condat ut annoso dolia multa mero.

Hoc fit, ut, hyberna venient ubi frigora bruma,

Despiciant hyemem, despiciantq, famem.


B 3

Ergo

Ergo nec inferior tu vis, FABIANE, videri?
Hos urgens etiam proq; videre gelus
Invehe: nec maneat soli tibi messis in herba:
Qui fruitur partis, ille beatus agit.
Gratulor: & ventis tibi ne Borealibus, opto,
Imbrifer inceptum turbo molestet opus.
• Auxilijs aderunt alacer cum Matre Cupido:
Nec minus & Charitas, iusticiaq; Parens.
Ipsa laboriferum presens Saturnia Iuno,
Adveniens & Hymen Vespere claudet onus.
• At qua messis adest? Coniux addicta Marito
Invehitur thalamo sat tibi adulta tuo.
Hac superat, quicquid tellure Silesia fœta,
Et quid Sarmaticus, quidvè Moravus habet.
Alter in hac fies (mirum) Priameus heros:
Namq; triplex uno corpore fructus erit.
Leniet haud vacui tantum jejunia ventris;
Delicias animo sed dabit Ipsa tuo.
Hinc, pia quam socio donavit amore Dione,
Ditior est coniux, arbore, fruge, mero.

VVolfgangus Mayner Nivimontanus
LL. Studiosus F.

ALIVD



ALIVD.

Cum mala non linguis narranda creauerit orbi
Ex costa primi femina facta viri.
Queritur, Aonia, decus immortale, ceterua,
Et Themidos cultor, candidè Sponse, vigil,
Cur tibi pra reliquis magis hoc arrideat, Eva
Qua quoq, de veteri nomine nomen habet?
In promptu causa est: Monet hoc Deus ipse, creauit
Fœmineum pariter, quiq, virile genus:
Quaq, puella, viro venienti cœlitus, Eva
Audiit inuerso nomine nomen Ave,
Cuius in integrum soboles veneranda reduxit,
Quod prior in terram duxerat Eva malum.
Ergo tuos meritò dignamur laudibus ignes,
Optantes thalamo prospera queq, tuo.
Ipse sacri clemens thalami seruator & autor
Has iubeat magnum pondus habere preces.

Petrus Zinkeisen Schnebergensis



Polen: Zerkowice, Schmalzberg



